

)(2<sup>r</sup>

---

EXIMIAE  
SPEI PRÆCLARÆ=  
QVE INDOLIS ADOLES=  
centibus Michaeli Petri Lemmerman=

ni ciuis Zizenſis filio & Chriftopho=

ro, Bartholomei Georgij Quæ=

ftoris in Draiffig

filio, S. D.

STEPHANVS RICCIVS.

IN uniuersa re=

rum contemplati=

one uix ullum na=

tura admirabilius

pectaculum pre=

bet, quām quod

ex apum ingenij,

ftudijs, & moribus elucet. Nam in

reliquis, animatarum rerum corpo=

ribus, aut ipſa magnitudinis digni=

tas, aut opificij ſtructura, aut formæ

deniqū gratia moderatur, ac quon=

dam modo minuit contemplantium

admirationem. In his arcanæ ſubti=

litatis corporuſculis quanto minus

decoris, uirium, ac dignitatis eft,

)( 2 tanto

)(2<sup>v</sup>

---

PRÆFATIO.

tanto maior excitatur admiratio in animis non oscitanter aut ludibundi naturæ uim ac facultatem considerantibus. Etenim conferenti hæc minuta animalcula cum leonibus, ursis, equis, cum uideantur naturæ ocioſæ quaſi ᾠεριψματα quædam efſe, unde nec cum reliquis animalibus commune nomen habent, fed ab imperfectis & inciſis corporiſculis infecta uocantur: Nonnè ſubeat uehementiflma admiratio, quibus in latebris tam exigui corporiſculi tanta uis ingenij, tanta induſtriae facilitas lateat?

Omitto ea, de quibus physici diſputant, unde ſpirandi ſit facultas, unde uocis ſonus, cum pulmone caeſtant, unde uitalis agilitatis ratio, cum cor non habeant. Hæc relinquo ocioſis ſub platano excutenda. Ac certe illa, ut maxima, ita etiam in primis illuſtria ſunt, quæ ineſfe eis experientia docuit, qua uis ac forma inſint, nullum humanum in-

geni=

)(3<sup>r</sup>

---

PRÆFATIO.

genium unquam peruestigando ex= plicauit uel cognouit, nimirum, fen= suum, iudicij, prudentiæ, iusticiæ, temperantiæ, disciplinæ, pietatis manifesta ueftigia, quæ omnia no= fter Poëta ut magnifice, ita recte & grauiter appellat leuum rerum ad= miranda ſpectacula. Hæc ita eſſe citra negocium animaduertet is, qui illarum ſtudia atqû opera diligen= tius animo & cogitatione comple= xus fuerit.

Nam ſi politiam illarum peni= tus infpexeris, mirabilem profecto naturæ luſum contemplaberis, ſi lu= ſus eft dicendus iucundiffimus ordo ob oculos ponens pulcherrimam florentiſimi Imperij ſimilitudinem, qua nec Idea Platonicæ politiæ aut pulchrior eft aut iucundior. Dicas ſuam eſſe illis ciuitatem, regnum, mundum. Quemadmodum enim coloniæ, cum fedes politiæ querunt, primū de loco diſpiciunt, mox ædi ficia extruunt, ac deniqû iura, ma=

)( 3 gis

)(3<sup>v</sup>

---

PRÆFATIO.

gistratumqu legunt, sanctumqu fena= tum, sic & apes communi quodam confensu, & singulari prudentia sue politie idoneas fedes legere no= runt, quas ubi tenuere prima do= mos ordine atqu officinas extruunt, tanquam oppidorum tecta, aut mi= litum castra imitantes, ut nullus i= mitari Dedalus posset. Mox iacto fundamento nouae patrie formam ac statum Reipub. instituunt, dif= ciplinam stabiliunt, officia distribu= unt, tanquam pulcherrimæ urbis primordia fancientes. Estimare in= tellectum & iudicium ex operum structuris licet, siquidem regi pri= mo aulam componunt, unde luceat in reliquam ciuitatem maieftas & autoritas imperij. Deinde cellas fi= bi tanquam ciuium domos ædifi= cant regionibus distinctas, ac forma mathematica fex angulis operofè fabricatas, quæ uel Archimedis in= genium stupore exerceant.

Porrò

)(4<sup>r</sup>

---

PRÆFATIO.

Porrò semper iudicarunt sa=  
pientes & ipsa innumeris exem=  
plis mortales experientia docuit,  
cum statum Reipub. esse optimum,  
qui ab uno, atqu eo quidem legitimo  
principe (ut Isocrates dixit) απτο του  
νομίμου αρχοντοσ, gubernetur, qui pu=br/>blica non aliter curet ac propria, om  
niaqu moderetur æquabili harmo=br/>nia sibi obtemperantia, quale extra  
dubium & Homerus hoc uerisculo  
pingit Iliad. Β ουκ αγαθόν ωλυ κοιρα=br/>νίκ εισ κοιρανοσ εστω. Hoc iudicium eti=br/>am apib. sagax natura inseuit. Nam,  
ut compertum est, sine magistratu  
eas uiucre non posse, sed erep=br/>to rege aut ingenti dolore conta=br/>bescere, aut confessim ad alias  
fugere, Ita natura amant & ue=br/>nerantur μοναρχιαν, Reges plures  
ferre nequeunt, & si quando plu=br/>res eis uel casus uel natura ob=br/>tulit, reliquos ueluti κιβδύλογο uel

)( 4 in=

)(4<sup>v</sup>

---

PRÆFATIO.

in uitæ trucidant, unum tanquam  
γύμσιον agnoscunt, retinent, colunt.  
Huic uero curæ esse regiā επιστασια  
μας ὠρόχυν, Itudiofa obferuatione co=  
gnitum eſt. Quia & opera eum mel=  
lificantium circum ire, & blandiri  
operantibus adhortanti ſimilem cu=  
riofi ſpectatores animaduerterunt.  
Iam cum in omni bene conſti=  
tuta Repub. triplici ordine con=  
ſtet florentis Imperij harmonia, quo  
rum PRIMVS eſt επιστατικοσ, qui  
principem & reliqua gubernatio=  
nis membra, que à principis nutu  
pendent, complectitur, ut fuit præ=  
tores, præfecti, conſules. SECVN=  
DVS eſt βουλευτικοσ ordo, qui eos,  
qui ab intimis confilijs fuit principi  
comnræhendit, ut fenatores, facer=  
dotes, uates. TERTIVS autem eſt  
βανανοσ. h. e. mechanicus, qui pro=  
miſcuam ciuium multitudinem con=  
tinet, qui & ſuos certos habet ordi=  
nes & claſſes ad communem utilita=  
te

)(5<sup>r</sup>

---

PRÆFATIO.

te hos ipos ordines diligens poli=  
tiæ apum contemplator ita ob ocu=  
los positos uidebit, ut neget ullum  
Platonem uel doctius uel præclari=  
us de ijs commentari potuisse. Ha=  
bet enim Rex non modo suos fatel=  
lites. lictoresqu affidue (ut Plinius in  
quit) cuſtodianes autoritatem, sed  
etiam ſenioribus populi ita ftipa=  
tur, ut manifeſte appareat diſcri=  
men & diſciplinam ordinum & æ=  
tatum feruari, eſſe, qui præſint, qui  
conſulant, qui obedient diſtribu=  
tis Geometrica proportione digni=  
tibus & officijs, ut ſenes intus prin=  
cipi familiares operentur, adoleſ=  
centiores foris quæ ad opera neceſ=  
faria ſunt conficta ſubminifrent, a=‐  
liæ flores cumulantes, aliæ aquam  
ſuppeditantes.

Quin & publ̄tei ministri ſunt  
conſtituti excubidores, ſpeculato=  
res, tubicines, qui aut intus operan=  
tibus reliquis in ftatione, ante por=  
tas excubias agant, & cum reliquas

)( 5      alue=

)(5<sup>v</sup>

---

PRÆFATIO.

alueorum p̄stes, tum ignauum fu=cos pecus à præsepibus arcent, aut consumptis in proximo floribus ad ulteriora pabula ſpeculatum emit=tuntur, aut circum uolitantes, tan=quam tuba, ligna dant uel matuti=næ inchoationis operum, uel no=cturnæ quietis. Atqū hæc eft for=ma politiæ, quam apibus & com=muni confenſu, ftudioq̄u conſtanter.  
& officiorum ratione & diligentia  
præclare, non minus feruari & ſub=inde ornari, quām fuam ulli regi ac.  
populo inter homines gubernan=di ac obtemperandi rationem ex=perientia demonſtravit.

Quod fi cuiquam hæc à commu=nifenu aliena eſſe uideantur, is, u=bi penitus omnem rationem uitæ, officij, laboris in hifce mellifican=tum animalculorum ordinibus per ſpexerit, libere ſecum reputet, ex qua ciuili Repub. elucere magis il=luftrem & ingenij & iudicij & pru=dentiæ imaginem animaduerte=rit, profecto ſicfe res habet, Quem=

(6<sup>r</sup>)

## PRÆFATIO.

admodum fol rimas etiam angustif=  
limas suo lumine penetret, transmif=br/>fusque copiam lucis effusiorem ad=br/>dit ac spargit, Ita natura gaudet in  
hinc minimis ac subtilissimis cor=br/>pusculis saepe tota uires suas diffuse  
ostentare.

Quemadmodum autem Heros  
ille Troianus, cum arma fibi diui=br/>nitus missa accepisset, intuens Cly=br/>peum non enarrabile textum, ac  
contemplans depictam rerum futu=br/>rarum seriem, expleri nequit, atque ocu=br/>los per singula uoluit, Miratur, re=br/>rumque ignarus imagine gaudet, Ita  
dum mens humana has uirtutum l=br/>dcas, quas commemorauimus, ex a=br/>pum industria quasi emicantes pro=br/>pius considerat, et si impedita sua ca=br/>ligine, tantarum rerum causas inue=br/>stigare non potest, gaudet tame frui  
pulcherrimae uel ignotae rei spacta=br/>culo, & quo intentius cogitat, eo plura  
digna admiratione deprehendit, quo  
rū consideratio sensus suauiter affi=br/>cit, & animos mirabiliter demulcet.

Per=

(6<sup>v</sup>)

## PRÆFATIO.

Pergam & de reliquarum uir=tutum simulachris, quarum mentio=nem feci, cogitationem fuscipere, ac uidebimus in hac apum gloriofa Repub. frugalitatis ac temperantie, tum iufticiae ac pietatis insignes i= magines propositas esse. Nemo a= deo rudis ac ferus est, qui siquid iu=fte, si pie, si moderate ab aliquo ge=ftum esse cognorit, non teste con=scientia id ipsum potius laudi du=cendum, quām uitio dandum esse exigitmet. Sed quanta est eorum in=ter mortales paucitas, quorum e=gregie ac præclare facta præ cete=ris admirationē mereantur? Quām sunt rari, qui uel una uirtute inuio=late ac perpetuo excellant? Sumus enim ita affecti, ut laudare sciamus potius, cum laude facta, quām lau=danda facere. At ingenuus apum populus pari induftria in pulcher=rimo opere uerfantur, pari studio in commune laborant, pari labore u=niuersæ societati inferuiunt, deni=qū uno

(7<sup>r</sup>)

## PRÆFATIO.

q̄ uno quasi eodemq̄ conſenſu ad gloriam atq̄ laudem contendunt ſui conſeruantes, alieni non appetentes.

Eft autem iuſticiæ preclara ſpecies, ſuam ſpartam ornare, alienam non affectare, ut ille Aegyptiorum Rex diſputat aduersus legatos Cam byſis apud Herodotum lib. 3. Feretur Solonis dictum, eam ciuitatem optime habitari, in qua mos fuerit, bonos honore affici, malos uero pœnis. Fertur & Iſocratis dictum, In repub. iniqiūſimum eſſe, bonos & malos in eadem reputatione eſſe. At apes nec ignauos nec maliſios in Repub. tolerant, fed magna feueritate conſtanties focios in officio retinent. Latrocinia uero & iniuſtas rapinas acerbe puniunt, clementia tamen initio erga defidiſios utuntur caſtigantes intermiſionem officij. (Id enim Plinius af‐ firmat) Quos ubi ceſſare fegnius animaduertunt, mox etiam morte puniunt

)(7<sup>v</sup>

---

PRÆFATIO

niunt, ueluti certo statuentes, uoluntarium ocium minimo interuallo distare ab aperta malitia, ut Euripides significat, ἀργοσ ωλίτμσ κεινοσ ωσ κακοσγα ανηρ.

Pari exemplo animaduertunt & in tranquillitatis perturbatores ac ciues feditiosos, quos ut pestes ex societate ejiciunt, hostes uero ac prædones, ut araneos, papiliones, fucos, mures à patriæ finibus strenue arcent, ac læpe magni triumphi specie profligatos ad occisio nem usqu prosequuntur. Deniqu in communi uictu mira frugalitate utuntur, habentqu & confectores ciborum & dispensatores, ne bonis publicis quisque iniuste decebat, neue nimia copia diffluens luxuria ignauiam afferat populo, non fecus ac Hannibal exercitum ignauum ac pristinæ uirtutis immemorem capuana affluentia reddidit.

Magnum uiaticum esse in Repub.

Plu=

)(8<sup>r</sup>

---

PRÆFATIO.

Plutarchus ( in comparatione Ari=  
ftidis & Catonis) putat non diui=  
tias quidem, sed αυτορκειαν, quæ cum  
locum non relinquit luxuriosis ap=  
paribus, nullius uoluptatis causa  
officia intermittit.

Grauiter hæc Plutarchus &  
uere, sed mira res eft hanc ipfam uir=  
tutem in apibus non obscure confipi  
ci. Etenim, ut historiæ commendant  
multorum frugalitatem ac tempe=  
rantiam, qui Reipub. citra pleone=  
xiā inferuierunt, nullam ad  
res priuatas accessionem affectan=  
tes, sic & huic genero populo  
dicas fuos effe Aristides, Epami=  
nondas, Curios, Fabricios, qui sua  
forte contenti publici boni ampli=  
ficandi atq̄ cumulandi causa, nul=  
lius cupiditatis gratia suum of=  
ficium faciant & tueantur. De=  
nique dicas tum ordinum & of=  
ficiarum, tum commertiorum æ=  
qualitate, inter apiculas retineri

ac

)(8<sup>v</sup>

---

PRÆFATIO.

ac couſeruari decus regni non abſi= mili profecto illi, quam Plato in om ni florenti Repub. exigit, cau= famqū eſſe ac quaſi matrem amicitię & concordiaē affirmat. Quod ſi & hæc maiora tibi & ampliora uidentur, quam quæ in exiguo adeo, & uili naturæ ſimula= chro, ſenſu comprehendendi poſſunt, iuuet queſo pauliſper in ijs officijs atqū operibus apicularum cogitati= onem ponere, quæ non obſcuram imaginem pietatis preſe ferunt. Ac niſi animus, niſi experientia, niſi ſcriptorum fides feſellerit, ex hac contemplatione affirmabis illuſtria te ligna atqū ueſtigia pietatis magis cognoscere, quam ex uninerfa pi= cture Maroniana eius quidem prin cipis, qui ſatis magnifice inquit, ſum pius Aeneas fama ſuper æthera no= tus. Aegrotas certe ante fores aluei in teponem folis collocant reli= quæ, quæ proſperiore ualetudine utuntur, adhibitis miniſtis, que eis cibum

A1<sup>r</sup>

---

PRÆFATIO.

cibum præstant. Nihil hic in medi=um adfero, cuius mihi authoritas non fatis confitetur tum experientia, tum scriptorum dignitate. Itaque eo=rum uerbis libenter utar, qui hæc in literas memoriae causa retulerunt. Victas morbo ac uita functas ex la=tebris tanquam ex grabatulis pro=ferunt, luctu prosequuntur ac fune=rantium more exequias comitantur. Erga regem uero quæ pietatis indicia, quæ obedientiæ signa anim aduersa sint ab huius rei indagatori=bus, ut sunt admiratione planè di=gna, ita penes fidem eorum autho=neant. Sic enim Plinius recitat, lib. 31. cap. 17. Mira plebei circa eum regem)obedientia: Cum procedit, una est (plebs) totum examen circa eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Se quæque proximam illi cupit esse. & in officio con=spici gaudet feſſum humeris ſuble=uant, ualidius fatigatū ex toto por=

A            tant.

A1<sup>v</sup>

---

## PRÆFATIO.

tant. Vbicunqu ille confedit, ibi cun=ctarum castra sunt. Duce præhen=fo, totum tenetur agmen. Quis pe=ricles aut Demosthenes magnifi=centius uim uirtutis oratione pote=rat describere, quām hæc ipsa sua=uissima ac dulcissima apum imago, pietatis simulachrū exprimit? Quem non mirifice capit, atqu incendit a=mica illa ac pia appellatio lib. 2.

Æneid.

Ergo age chare Pater ceruici imponere  
noftræ,  
Ipse subibo humeris, nec me labor iſte gra=uabit,  
Quo res cunqu cadent, unum & commune  
periculum,  
Vna falus ambobus erit, &c.  
Sed tamen, qui hæc effari intro=ducitur, hominis & principis qui=dem ratione & prudentia excellen=tis personam gerit. Elucere uero ex abiectissimi animalculi operibus a=deo insignem pietatis imaginem  
nonne

A2<sup>r</sup>

---

PRÆFATIO.

nonne in primis & consideratione  
& admiratione, addo stupore etiam,  
dignum esse uideatur? Sed ne pi= geat & reliqua audire quæ à Plinio  
lib. 11. cap. 18. adduntur procul du= bio pari peruestigatione & diligen  
tia cognita. Rege (inquit) à peste  
consumpto, mœret plebs ignauo do  
lore, Non cibos conuehunt, non  
procedunt, tristi tantum murmur  
glomerantur circa corpus eius. Sub= trahitur itaqu deducta multitudine,  
alias spectantes exanimem, luctum  
non minuunt. Tunc quoqu ni sub= ueniatur, fame moriuntur. Hilarit= tate igitur & nitore sanitas æstima= tur.

Deſtitueret me huius diurnæ  
lucis uura, priusquam omnia, qui  
contemplanti hanc generofam &  
diuinam besticlam in cogitationem  
ueniunt, comprehendere oratione  
poſſem. Mille enim sunt uirtutum  
notæ aliæ, qui breuitatis cauſa o=

A 2      mit=

A2<sup>v</sup>

---

## PRÆFATIO.

mittuntur. Nam quod solitariæ non posint uiuere, quod certissimum est. Moriuntur enim singulæ ab examine uel casu repulsa, uel reiectæ errore, etiam si in paucis sint. Id uero iudicio est amare eas naturæ instinctu societatem, ac conditas esse ad uinculum communis operæ & laboris, ut exemplo sint hominibus. Quod in expeditione, dum saepe pernoctare casus cogit, noctu spinæ excubant, ut alas à rore protegant, id prouidentiæ argumentum est, quod aduersus frigoris & caloris uehementiam intus cellas incrustatione illinant, id præ se fert typum non vulgaris prudentiæ. Denique explicare minimi huius animalis maximam uitam, amplissimum mysterium, incomparabile miraculum, aut omnino non est hominis, aut eius tantum, cui infanti ipsæ apes in ore fessitarint, ac suavitatem prædulcis eloquij mellificando por tenderunt.

Cum

A3<sup>r</sup>

## PRÆFATIO.

Cum igitur, quæ de ingenio & natura apicularum considerari posse sunt, sint ueluti picturæ, qui nos ad uirtutem inuitent & dehortentur à uicijs hæc pars administrationis rusticæ maxime digna est, quæ ab omnibus studiis bonarum literarum, cognoscatur. Digni etiam uerfus sunt Vergilij, ut memoriæ mandentur. Quia suppeditant ornamenta in omni sermone, qui de officio instituitur. Accedit huc, quod apiculæ musarum uolucres apud ueteres scriptores nominantur ab eo (ut coniectura est) quod delectentur harmonia & numero. Proinde placuit & posteriores duos libros Geologicorum uernacula lingua interpretari, eosq; uestro nomini, chariflimi adolescentes, nuncupare, partim quod consideratio ipsa apicularum plurimum habeat delectationis & fructus, partim ut uos in urgentis studijs exemplo apum ad fedilitatem incitem. Vestrum enim est

A 3 non

A3<sup>v</sup>

## PRÆFATIO.

non tantum Deo, qui hoc à uobis re= quirit officium, debitam obedienti= am præstare, sed etiam omnibus ui= ribus anniti, ut expectationem il= lam de uestris ingenij, quam in ho= neftiſimorum ueſtrorum paren= tum animis concitaſtis, non ſolum æquare, fed & ſuperare poſtitis, in quo ut æternus pater D. N. I. C. uobis adſit & ſpiritu ſancto ſuo ueſtra pectora regat, ex animo precor. In ſuper hoc quoquā uobis, ueſtriſquā parentibus opto, ut fauſtus, felixquā fit uobis nouus annus. Datae ex præpositura Lyſſena die na= tali Chriſti, incho= ante annum  
1572.